

24

Q. N. 182. 8 X 1975234
B. C. D.

Ve
1906

DISPUTATIO INAUGURALIS,
DE

U S U 142
FERIARUM
SAXONICO,

QUAM
DECRETO & AUTHORITYTE
INCLYTÆ FACULTATIS JURIDICÆ
IN ILLUSTRIS AC PER-ANTIQUA HIERANA
PRO
CONSEQUENDIS IN UTROQUE JURE
SUPREMIS HONORIBUS &
PRIVILEGIIS,

Publicæ Disquisitioni subicit

JOH. ELIAS LOBECK,
Advocatus Weissenfeensis.

IN AUDITORIO JURIDICI COLLEGII MAJORI

Die 30. Martii, Anno. M. DCC.

H. C.

ERFURTI, Excudebat Georgius Henricus Müllerus.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALLE)

BIBLIOTHECA
MAGNÆ



30

B C D
DISPUTATIO MAGGERRALIS

U S U
FERRIARUM
SAXONICORUM

DECRETO & AUTHORITY
INCLYTE FACULTATIS JURIDICAE
IN ILLUSTRI AC PRINCIPALI UNIVERSITATE

CONGREGATIONIS IN THEODORE JURIS
SUISSIMIS HONORIBUS &

FRANCOFURTI
JOH. ELIAS LÖBCK

Advocatus Vindobonensis
In Aulico Consistorio Collegialis
Die 30. Martii Anno MDC.

Handwritten stamp or signature



SERENISSIMI PRINCIPIS
AC DOMINI,
DN. ANTHONII
ULRICI,
DUCIS BRUNSVICEN-
SIS & LUNEBURGENSIS
ETC. ETC.

SECRETARIO,
VIRO
NOBILISSIMO, AMPLISSIMO
atque CONSULTISSIMO,
DOMINO
JOHANNI GEORGIO
MALSIO,

FAUTORI & AMICO SUO ÆSTIMASTISSIMO,

INAUGURALES HASCE PAGINAS
EA, QVA DECET,
OBSERVANTIA IN SUI RECOMMENDATIONEM
CONSECRATAS
OFFERT
AUTOR.





PROOEMIUM.



Per Ferias L. B. Judicia & jura omnia *ix L. 7. C. b t.* differri, easque in Judicium vocatis excusationem à sistendi necessitate omninò præbere, quotidiana praxis satis superque attestatur. Et quamquam Judici, si quid à Litigatoribus, vel ab his, qui negotiis assistunt, minus fuerit dictum, ex officio illud supplere regulariter non liceat, prout *B. Struv. in Synt. J. C. Exerc. 46. §. 12.* defendit, siquidem omissas rationes supplendo

non

PROOEMIUM.

non judicare, sed patrocinari videatur, per trad. *Gothofr. ad L. unic. C. Ut qua defint. Advoc. &c.* Ea tamen peculiaris ratio Feriarum est, ut, si Prætor per ignorantiam vel socordiam absenti sententiam dicat, hæc ipsò jure, etiamsi de Feriis nullo modo excipiat, ex ratione ibi allegatâ, quoniam Prætoris factum juri derogare non oportet, infirmetur, *L. 1. §. 1. Sed si Prætor. ff. h. t.* Cumque & ego nunc per Decennium fermè, quò, D E O propitio, Jurisprudentiæ praxin tractavi, multa in causis patrocinio meo commissis hujus rei exempla non absque singulari Litigatoris ad exitum suæ causæ vel suæ Defensoris, vel ex juris ignorantia properantis tam temporis, quam expensarum dispendiò

A 3

anno.

PROOEMIUM.

annotaverim; Placuit mihi, defen-
sionem observationis Feriarum in Fo-
ro Saxonico usitatæ, in hac mea Dis-
PUTATIONE INAUGURALI suscipere.
Quod si igitur B. L. de hoc instituto
meo tale habebis Judicium, quale de
tuis laboribus ipsemet exoptas,
erit omninò, cur mihi
gratuler.



B. C. D!

§. 1.



Eriarum nomen à feriendis *Onomatologia.*
 hostiis, seu victimis derivatur

Treutler. V. 1. Disp. 5. thes. 9. Eckold.
ad ff. b. t. & proindè errant illi,
 qui à forô, vel à fandô illis nomen
 tribuere suscipiunt. Victima
 verò omne animal & sacrificium,

quod Diis immolabatur, denotat. Et secundùm pri-
 mam deductionis opinionem soli festivi dies feriat
 propriè dicuntur, quoniam in illis sacrificia fieri sole-
 bant.

§. 2.

Quemadmodum autem feriæ vel propter cul- *Divisio.*
 tum divinum, vel propter utilitatem hominum intro-
 ductæ sunt, ita illæ divinarum hæc verò humanarum
 appellatione veniunt. v. g. Tempus Messium, cui
 ferias constitui, ut esset otium & tempus ad colligen-
 dos fructus, publica utilitas & rei necessitas efflagitat.

L. 1. ff. b. t.

§. 3. Por-

§. 3.

Porro divinarum quædam dicuntur ordinariæ & perpetuæ, quales sunt omnes dies Dominici & festa so-
solennia, quibus etiam septem illi dies, qui Natalem
Domini, Epiphaniæ & Paschæ præcedunt & 7. qui se-
quuntur, accensendi, utpote quorum in Forô Saxo-
nicô ob solennitatem festivitatis eadem cum prioribus
etiamnum est observatio, id quod infra §. 11. & 12. ube-
rius demonstrabitur. Quædam verò extraordinariæ
& temporales nominantur, quia temporis gratia &
ob rem feliciter gestam vel adhuc gerendam à Princi-
pe, cui soli ferias condere licet, L. 4. C. b. t. indicantur.
*Hugo Donell. de J. C. L. 24. c. 7. Ulpian. in L. sed et si. 26. §. si
feria ff. ex quibus causis & c. Struv. in Syn. J. C. Exerc. 5.
§. 34. quæ cum causa earum ex occasione rerum &
solâ Principis voluntate de pendeat, nullô certô jure
continentur, ac nec possunt.*

§. 4.

Definitio.

Hisce præmissis ad realem Feriarum definitio-
nem rectô nunc pede progredior, quæ talis esto: *Feria
sunt dies, qui propter cultum divinum & hominum utilita-
tem à forensibus negotiis, exceptâ necessitate, vacationem
præstant.*

§. 5.

Subiectum.

Subiectum constituunt personæ, quæ ad Judi-
cium pertinent, & sunt vel necessariæ seu principales,
vel

vel accessoriae seu minus principales. Necessariae dicuntur illae, sine quibus Judicium consistere non potest, quales sunt Judex, Actor & Reus. *L. properandum 13. C. de Judiciis L. inter litigantes. 62. ff. eod. tit.* Judex verò iterum subdividitur in ordinarium & extraordinarium. Accessorias seu minus principales eas appellito, quae, ut Judicium & controversia eò commodius tractetur, ad principales accedunt, v.g. Advocati, Procuratores, Curatores, Testes, Interveniētes, Litis Denunciati & sic deinceps, qui, si in tractandis causis forensibus unò vel alterò invitò quicquam agatur, constitutione, feriarum Imperatoria sese tueri possunt.

§. 6.

Judex autem quia nomen à jure dicendo habet, & semper hanc imprimis regulam observare tenetur, ne aliter judicet, quam legibus scriptis, aut constitutionibus, aut moribus proditum est Philippi Lib. 4. Eclog. 77. §. 1. in omnibus negotiis sui officii sic memor est, ut sive propriâ auctoritate & absque partium imploratione ob utilitatem publicam & privatam in sceleratos inquirendo, minores in tegrum restituendo, sententiam exequendo, & sive officium suum Nobile, sive Mercenarium exercent, feriarum usum sedulo observet, ne partilitiganti ex facto contrario detrimenti quid inferatur.

B

§. 7.

§. 7.

Reliquas ad Judicium pertinentes personas quod attinet, illæ beneficio feriarum indistinctè gaudent, per trad. *Carpz, P. 1, Const. 3. Def. 22. §. 7.* etiamsi non occupatæ sint in colligendis fructibus. Feriæ enim humanæ non rusticis duntaxat, sed omnibus aliis, nempe Militibus, Clericis, Artificibus, Civibus & aliis concessæ sunt. *Gotbofr. ad L. 1. ff. b. t.* Et quamvis isti per se non occupati reperiantur, possunt tamen occupari per alios, puta Advocatos, Procuratores vel Testes, quorum copiam habere nequeunt. Nec obstat, quod Sacratissimus Imperator in *L. 1. ff. b. t.* restrictivè & per dictionem taxativam occupatis saltem circa rem rusticam immunitatem, ne in forum compelli possint, concessisse videatur. Nam, licet in eò, qui non est occupatus, causa concessionis impulsiva cesset, non tamen Legis effectus cessat.

§. 8.

Sed quæritur: Quid sentiendum sit de eò casu, quando una ex personis ad Judicium pertinentibus aut nullas planè ferias, aut diversas earum consuetudines agnoscat, quod accidit, si v. g. in Saxoniam parte Thuringia, ubi Actor domicilium habet, extra ordinem dies feriatus celebretur, cujus festivitas ad vicinos Moguntinæ Ephordiæ subditos, in quorum numero Judex & Reus est, se non extendit, & vice versâ: An citatus Actor hoc in casu in forum venire obstrictus est?

est? Videtur quidem Actoris loci conditionem hoc in passu excusationem præbere, cum ex ejus personâ jus metiatur, *L. 1. § 2. ff. si mensor fals. mod. dixerit. & L. 2. ff. si pars hered. pet.* Et contra conditionem Rei præponderare illam existimandum est, quia Actor Rei forum sequi tenetur, sive in rem, sive in personam sit actio. *L. 3. C. ubi in rem Actio &c.* & partes Rei semper favorabiliore, quàm Actoris, habentur, *L. Favorabiliores. 125. ff. de R. 1.* Sed opinio eorum, qui dicunt, consuetudinem Judicis, seu loci, in quò causa dicitur, attendendam esse, firmiori & indubitato stat talo, si quidem Iudex, qui est persona principalior forum constituentium alienâ consuetudine non ligatur, & quoties de assignatione termini & ordinatione causæ quaeritur, consuetudo non partium, sed loci Judicis considerata est. *L. 3. §. 6. ff. de Testibus. L. 1. §. 10. ff. de extraord. cognit. Gail. 2. Observ. 12. n. 2.*

§. 9.

Demonstratam nunc personarum considerationem sequuntur actiones & causæ ad Judicem deductæ, circa quas rursus facienda est distinctio: An civilium vel criminalium nomine veniant, & an ad Jurisdictionem voluntariam seu contentiosam pertineant. Diversarum diversa est ratio.

Objectum.

§. 10.

Quoad Actiones, quæ criminaliter, vel civiliter
 B 2 inten-

intentatae & Jurisdictionis contentiosae sunt, tanta est
 feriarum divinarum reverentia, ut nec apud ipsos arbi-
 tros, vel à Judicibus flagitatos vel sponte electos ulla
 iurgiorum sit cognitio. *L. 7. §. in eadem. C. b. t.* Et dies
 festi Majestati altissimae dedicati ita honorabiles sunt
 constituti, ut à cunctis executionibus excusentur.
 Taceat in illis apparitio, advocatio delitescat, Praeco-
 nis horrida vox fileseat, cognitio causae conquiescat,
 respirent à controversiis litigantes & illi dies ab omni
 strepitu Judiciali alieni sint *L. fin. C. b. t.* Hisce confor-
 mes sunt Serenissimi Saxoniae Electoris Augusti, glo-
 riosissimae recordationis, Articuli generales de *A. 1580.*
 in quorum XVII. ita sancitum est: Auch sollen die Bür-
 germeister / Ambt-Deuthe / Schösser und andere Ge-
 richtsherrn nicht Rath/oder Gemeinde halten/noch son-
 sten die Deuthe hören und vorbescheiden zu der Zeit / da
 Predigten pflegen gehalten zu werden ꝛ Et intuitu hujus
 reverentiae feriis divinis exhibendae ejusmodi dies etiã
 in septi duum illud, quod Advocatis Fori Saxonici in
 superioribus Judiciis ad proponendas suas positiones
 concessum est, non computantur, id quod ex verbis
 Mandati à Serenissimo Saxoniae Electore CHRISTIA-
 NO II. *d. 11. April. Anno 1607.* editi: In wichtigen Sa-
 chen/schweren Litis Contestationibus und wo es Nach-
 denckens benöthiget/ sollen den Advocaten die gesetzten
 7. Tage (feriatos dies aber nicht mit eingerechnet) voll-
 kömlich bleiben ꝛ. luculenter satis apparet. Fallit ta-
 men hoc in fatalibus interponendae Appellationis vel
 leutationis, in quibus omninò servanda est feria-
 rum

rum computatio. Earum enim tempora continua
sunt & de momento in momentum currunt *Brun-*
nem. ad L. Quoniam l. C. b. t.

§. II.

Quod tempus Messium & 7. dies, qui Natalem
Domini, Epiphaniæ & Paschatos præcedunt, & 7. qui
sequuntur, attinet, eorum in Foro Saxonico quoad
actiones ad contentiosam Jurisdictionem pertinentes
& præsertim in Judiciis inferioribus aedem adhuc est
observatio, adeo, ut hoc tempore omnis causæ cogni-
tio, partium disceptatio, rei que Judicatæ executio ab
8. Julii usque ad 14. Augusti, inclusivè, quod spatium
huic tempori ex ratione *in L. i. ff. b. t.* positâ conces-
sum est, *Jx. Rec. Imper. Wormat. de anno 1512.* suspensa
reperiatur. Et inter holce dies ne quidem publicatio
decreti vel sententiæ faciendæ est. Ita quoad r. in Præf.
W. Scabinatus Lipsiensis in causâ Dn. V. B. zu G. con-
tra Dn. G. W. H. zu O. M. Julio A. 1694. pronuntiavit:
Im übrigen mag gegenwärtiges Urthel denen Par-
theyen in wählenden Ernde-Ferien mit Bestande nicht
publiciret werden. B. R. W. Et non ita pridem M.
Jan. a. c. in leod. Judicio in causa C. F. contra V. B. zu
G. ad leutationem contra decretum tempore messis
publicatum à posteriori interpositam laudatus Scabi-
natus respondit: Numehro aus denen Acten so viel
zu befinden/ daß in dieser Sache gebührend nicht verfab-
ren / derowegen der am 22. Julii des abgewichenen
1699. Jahres gegebene Abschied fol. 5. b. denen Par-
theyen

thehen nochmahls gebührend publiciret wird. **B. R. W.**
 Et quoad 2. calum Jcti Lipsienses ad requisitionem
 Senatus K. in causa A. S. contra C. L. cum iste ex
 gravamine expensarum, in quas condemnatus erat,
 quoniam citatus in termino d. 31. M. Dec. 1696. non
 comparuerit, remedio leutationis usus, hunc in mo-
 dum responderunt: Numehro aus denen Acten so viel
 zu befinden/ daß Beflagter mit denen Unkosten vorigen
 Termins billig verschonet wird. **B. R. W.**

§. 12.

Quemadmodum autem nulla lex tam firma est,
 quæ non suas limitationes patiatur; Ita & ea, quæ hoc
 §. II. de feriis allegata sunt, limitantur (1. in causis cri-
 minalibus. L. 12. ff. de Publ. Jud. L. 3. Solet etiam. ff. b. t.
 Nam Honorius & Theodosius ejusmodi causas exce-
 perunt ob utilitatem publicam per L. 10. C. b. t. & ubi
 multorum salus & incolumitas procuratur, ibi Dei
 venia speranda est.

§. 13.

Prætereà fallit (2. tam divinarum, quam huma-
 narum feriarum observatio in causis, quæ pietatis &
 voluntarie Jurisdictionis sunt; In hisce enim lex permit-
 tit Adoptionem, Emancipationem, Manumissionem,
 Tutoris dationem &c. Brunnem. ad L. 2. C. b. t. Sic etiam
 licet transactiones & contractus inire, instrumenta
 scribere & testamenta facere Hugo Donell. de I. C. L. 24.

cap

ap. 7. Et quoniam Ord. Politica Elect. Saxonica de Anno 1661, Tit. 2. §. 3. Diebus Dominicis permittit, finitis sacris se jaculis & arcu exercere, quidni etiam ea, quæ faciunt ad concordiam & lites dirimendas & beneficii ac pietatis sunt, perficere?

§. 14.

Huc pertinent (3. actiones & *causa moram non ferentes*, v. g. si forte testis, quando de ipsius morte verisimiliter timetur, recipiatur. Nam hæc & similia negotia, quæ pietatis ac necessitatis sunt, quocunque tempore expediri posse, ex Jure Civili *per trad. Brunnem. ad L. provinciarum 9. C. b. t. & L. 1. §. 2. ff. b. t.* & Divino *Luc. 14. v. 3.* atque Canonico *Cap. fin. X. b. t.* liquidò satis apparet.

§. 15.

Siquid igitur inter partes aliquid actum fuerit, quod observationi feriarum refragatur, id ipsò jure nullum est, *L. 1. §. 1. ff. & l. 2. C. b. t.* & vires rei judicatæ non consequitur, etiamsi partes ad rescindendum illud remedio Appellationis, vel Leuterationis non utantur, siquidem quod per se nullum est, ut rescindatur, non opus habet *Philippi L. 4. Eclog. 77. §. 8. 9. & 10.* Et hoc modo J. C. t. Lipsienses ad quæstionem H. C. G. & Consortium contra U. F. zu H. responderunt.

Effectus.

P.P.

P. P. Demnach sprechen wir zc.

Ist in obbemeldter Parthey-
 Ten-Sache vor dem Ampte
 W. zu Folgeleistung des fol. 1. be-
 findlichen Urtheils auf den 22.
 Dec. des 1690. Jahres ein
 Termin angeſezet worden/dar-
 wieder / weil solcher in die Feri-
 en geleyet / Beklagter proteſti-
 ret / deſſen aber ungeachtet hat
 das Ampt W. ſolchen vor ſich
 gehen / auch Klägern mit ſeinem
 Einbringen zugelassen / und einen
 Abſchied darauf ertheilet :

Das zc.

Ob nun wohl Beklagter ietzt be-
 rührte Exception von Munde
 de aus in die Feder nicht ein-
 gebracht / ſondern in Schriſten
 ein

eingewendet / auch wieder die-
 sen Abschied kein Remedium
 suspensivum ergreifen / die weil
 aber dennoch / verindge des L. 2.
 C. de Feriis, nach welchem / weil
 er weder in der Proceß-Ordnung
 noch sonst mutiret und
 aufgehoben / man sich annoch /
 absonderlich in denen Unterge-
 richten zu richten hat / die 7. Ta-
 ge / so dem H. Weynacht-Feste
 vorhergehen und nachfolgen /
 feriati sind und was in denensel-
 ben in Processu vorgenommen
 wird / nichtig und zu rechte un-
 gültig ist / deme zu Folge die an-
 geführte Tagesfarth uf den 22.
 Dec. illegaliter geleet / und
 daher Beflagter auf derselben

§

zu

zu erscheinen nicht verbunden
 gewesen ; So ist was in diesem
 Termine vorgegangen vor null
 und nichtig zu achten / und hat
 Beklagter wieder denselben ei-
 nes remedii suspensivi nicht
 nöthig gehabt / sondern es ist
 das Ambt B. einen neuen Ter-
 min anzusehen schuldig 2c.

De Jure Romano amissionem militiae, proscri-
 ptionemque patrimonii sustinebat, si quis die festo
 spectaculis interesse, vel cujuscunque Judicis apparitor
 praetextu negotii publici seu privati haec, quae hac
 lege statuta sunt, temeranda crediderit, L. fin. C. b. t.

§. 16.

Contraria.

Quoniam autem humanae feriae in hominum
 utilitatem ordinatae sunt, idcirco non est, ut dubite-
 mus, omne illud, quod *ex voluntate* partium hoc tem-
 pore, judicatumve est, non secus valere, quam si ali-
 o quovis tempore actum esset. L. 6. ff. b. t. volentibus
 enim & consentientibus molestia non infertur & qui-
 libet favori pro se introducto renunciare potest. Ex
 quo consequitur feriarum effectum ibi non esse, ubi
 est

est renunciatio partium. Quia tamen divinarum ratio dissimilis omninò est, utpote, quæ non ad otium privatorum, sed ad cultum DEI introductæ sunt, hinc etiam earum effectum renunciatio partium non impedit, siquidem pactis privatorum juri publico derogari non posse, manifestum est.

§. 17.

Tandem & cessat humanarum effectus ex consuetudine contrariâ unius vel alterius loci L. *Præsides* 4. ff. b. t. quæ tamen cum suis requisitis legalibus probanda est. Ita in Curiâ Provinciali Elect. & Ducal-Saxonica, quæ Lipsiæ est, ex inveteratâ consuetudine receptum, ut licet inter 4. terminos annales Reminiscere, Trinitatis, Crucis & Luciae, quæ in unaquaque causâ habentur, ultimus plerumque in 7. dies feriatos, qui præcedunt Natalem Domini incidat, nihilominus tamen partibus etiam invitis sententia feratur.

§. 18.

Plura quidem hac de materiâ in medium produci possent, sed hic subsisto, DEO Ter optimo Terque Maximo persolvens decentes laudes ac gratias.



1906 Ex

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



1907

M.C.



24
Q. 182.
Q. 182.

DISPUT

U
FER
SA

DEC
INCLYT
IN ILLUSTE

CONSEQUE
SUPR

JOH. E

Advoc
IN AUDITO
Die 30

ERFUR

Ve
1906

IS,

142

M

CAE
ANA

JURE

CK,

ORI

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SALE)

BIBLIOTHECA
MAGNANIMA

